
In nomine Domini Amen

AD·PERPETVAM·REI·MEMORIAM



SIGISMVNDVS tertius Dei gratia Rex Poloniæ magnus Dux Lithuaniæ, Russiæ, Prussiæ, Masouiæ, Samogitiæ, Liuoniæqz nec non Suecorum, Gottorum, Vandalorumqz hæreditarius Rex. Significamus præsentibus hisce, quorum interest vniuersis et singulis huius et futuri temporis. Existimarunt hoc sapientissimi et vetustissimi illi maiores nostri ad omnem reipub. salutem et perpetuitatem plurimum valere, si non solum minis et penarum atrocitate à vitijs homines arcerentur: sed etiam, si virtuti suus et benemeritis, honos habeatur. Ita enim fortißimi quiqz viri præmium virtutis referre sperantes, pro patria et repub. nihil non suscipere, ac vel vitam ipsam profundere, pro ea non dubitabunt. Quod quidem institutum cum maiores et antecessores nostros Reges Poloniæ amplexos secutosqz esse videamus, qui complures vel externos vel plebeios ob singularem ipsorum virtutem ciuitate aut altiori ordine dignos reputantes in nobilitatis ius atque ordinem recipiendos non dubitarunt. Eo libentius id nos facimus, vt partim reipub: vtilitate, partim maiorum nostrorum exemplo adducti, in quo vel excellentem aliquam virtutem, vel præclara in nos et rempub. regni nostri merita animaduertamus, eundem in plenum etiam reipub. regni nostri (quod nomen nobilitatis est) ius atque ordinem adsciscendo nobis reiquepub. eo magis deuinceamus. Quo in numero IOANNEM SCHILKRA hæred. in Trzebyna vel maximè referendum nunc existimauimus. Præterquam enim quod fide dignis testibus et munimentis nobis est commonstratum, parentibus bonis honestisque, patre videlicet olim Georgio Schillera consule Cracouiense viro de literis et repub. ciuitatis illius optimè merito, et in rebus metallicis mira dexteritate præcellente, matre verò nobili Anna Alerowna editus sit, ipse etiam à prima pueritia in literarum ludum deductus, pleno quasi impetu Musarum castra secutus est, idemum etiam dum anno præterito incursus Tartarorum ipsi innotuisset, statim benè instructus sese ad locum destinatum, vltro præsentauit, ac quod ingenuum Iuuenem decuit, fecit. Ad hæc dum accessisset Illustris et magnifici Nicolai Zebrzidowski de Zebrzdowicze Palatini Lublinensi generali Cracouiensi, Lanczkoronensi Boleslauiensique nostri capitanei, præclarum de virtute ipsius testimonium ac diligentißima commendatio: eo libentius pro nostra in omnes, qui de nobis ac repub. benè mereri student, clementia ad diligentem multorum regni nostri Senatorum intercessionem eundem IOANNEM SCHILKRA Trzebynski nostra, Senatusque nostri, in præsenti conuentu generali Cracouiensi autoritate, nobilitandum esse duximus nobilitamusque, et verum nobilem, tam ipsum, quam omnes vtriusque sexus legitimos posteros ipsius creamus, pronunciamus, promulgamusque, eo nimirum iure quo quis vnquam in regno nostro Poloniæ, siue ob maiorem antiquissimam progeniem siue nouo nobilitatis beneficio eminet. Conferentes illi, eiusque posteris legitimis vtriusque sexus prærogatiuas et præeminentias, immunitates, libertates, ornamenta & cætera nulla cum exceptione omnia, quibus equester ordo regni nostri hominesque nobiles in Polonia pro iure et consuetudine vtuntur, ac fruuntur. Quod quidem ius nobilitatis, vt illustrius certis insignibus cerni possit, concedimus, tribuimusque ipsi scutum duplicatum, videlicet inferius ceruleum, superius verò rubeum, trabe candida duplici distinctum. Supra scutum galea clatrata equestris, super galeam corona aurea, ex qua pennæ quinque strutionis, tres rubeæ & duæ albæ prominent: Scutum verò ipsum ab vtraque parte rubei et albi coloris teneæ ambientes circumfluent quemadmodum artifici pictoris manu in margine clarius cernuntur depictæ. Quibus quidem insignibus, vt memoratus IOANNES SCHILKRA Trzebynski et omnes vtriusqz sexus legitimi posteri ipsius, in omnibus et singulis, honestis tam ludicris quàm bellicis negotijs, prælijs, torneamentis, vexillis, tentorijs, scutis, picturis, domorum ornamentis, signis, annulis, sepulturis, omnibus denique temporibus pro suo arbitrio aliorumque nobilium more, publicè priuatimque vtantur, volumus, decernimus, sancimusqz eodemque omnino iure ac conditione vt sint, quo alij nobiles sunt in regno nostro. Quæ omnia singulaque suprascripta, cum rata firmaque esse velimus, ad omnium regni nostri aliarumque ditionum nostrarum, magistratuum ac dignitatum, tam ecclesiasticorum quam secularium, omnium denique ac singulorum, maximè autem nobilium notitiam deducenda duximus, quemadmodum et præsentibus deducimus, mandantes vniuersis et singulis, vt præfatum nobilem IOANNEM SCHILKRA Trzebynski omnesqz legitimè ab eo descendentes non modo pro veris ac genuinis nobilibus recipiant, habeantque, nobilitati eorum nullo vel dicto vel facto derogent, verum beneuolentia ... etiam sine cohortatione nostra facturos non dubitamus. Ita si quis tamen existat, qui in contumeliam præfati nobilis IOANNIS SCHILKRA Trzebynski posteritati eius, autoritatiqz nostræ imminutionem nobilitati eorum obtrectando præsumeret, eum consuetis pænis, quæ in diffamentes nobilem verum regni legibus statutæ sunt, nobis iudicioque ad quod a parte læsa citatus fuerit, subiacere volumus, quam primum quotiesque præsenti hoc priuilegio nostro, quod ad omnem probationem nobilitatis sufficere volumus, nobilitatem suam aut tenorem priuilegij si eius forte copiam non habuerint alijs idoneis munimentis in iure probauerint docuerintque. In quorum omnium fidem et euidentius testimonium, hasce manu nostra subscripsimus, sigilloque maiestatis nostræ communiri iussimus. Datæ Cracouiæ in conuentu regni generali die XVIII mensis Martij Anno Domini M· D· X C quinto. regnorum verò nostrorum Polonici Octauo Suetici anno Secundo. Præsentibus Ill^{bus}, Reuer^{mis}, Reuer^{dis}, mag^{cis}, gen^{sis} nobilibus ac strenuis Ioanne Demetrio Sulikowski Archiepiscopo Leopoliense, Hieronimo à Rozdrazow Vladislauiense et Pomeraniæ, Alberto Baranowski Ploceñ, Bernardo Macieiowski Luceorieñ, Laurentio Gosliczski Præmislieñ, Iosepho Werescinski Kiiouieñ, episcopis. Ianussio Duci in Ostrog Castellano Cracouieñ Circassieñ. Nicolao Firliei de Dambrouicza Cracouieñ Nouæciuitatis Korczin et Casimirieñ, Hieronimo Gostomski de Lezenicze Posnanieñ Georgio Mnissek de magna kunczicze Sandomirieñ, Leopolieñ, Sanoceñ Samborieñ. Nicolao Christophero Radziuil Duce in Olyka et Niesuiess Troceñ Stanislao Minski Lencicieñ, Liueñ, Tissouieñ, Andrea Lieszczinski Bresteñ, Alexandro Duci in Ostrog Volineñ, Ioanne Sieninski Podoliæ, Chrodleñ, Czorstineñ, Nicolao Zebrzydowski de Zebrzydouicze Lublineñ, generali Cracouieñ, Lanckoroneñ, Boleslauieñ. Stanislao Wlodek de Hermanow Belseñ, Halicieñ Kolomieñqz. Theodoro Skumin Nouogrodeñ, Grodneñ, Ioanne Abrahamowicz Minsceñ, Stanislao Gostomski de Lezenicze Raueñ, Radomieñ. Ianussio à Zbaras Braclauieñ, Cremeneceñ, Pinsceñ, Palatinis et capitaneis. Ioanne Rozdrazewski à Rozdrazow Posnanieñ. Stanislao Comite à Tarnow Sendomirieñ Bulceñ Stopniceñ. Stanislao Bykowski Lencicieñ Syradieñ. Iacobo Pretwicz Cameneceñ Trembowlineñ. Stanislao Krassinski Podlachiæ Stanislao à Dzialin Elbinneñ. Aliexandro Siemasko Braczlauieñ, Luceorieñ. Christophero Zmorowski Sandeceñ. Nicolao Ligeza de Bobrek Visliceñ, Bieceñ, Zidacouieñ. Andrea de Zborow Bieceñ. Andrea Zebrzydowski Stemeñ, Sebastiano Lubomirski Malogosteñ, Sandeceñ, Lubowieñ, Dobciceñ, Stanislao Krassiczki Præmislieñ, Rg^{ni} comitis curiæ magistro. Stanislao Gulski Haliceñ, Bareñ. Ioanne Ossowski Polaneceñ, Robciceñ. Alberto Padniewski Oswiecimeñ, Dibouieñ. Alberto Radziminski Zakrocimeñ. Francisco Krassinski Cziechanouieñ, Castellanis, et capitaneis. Ioanne de Zamoscie regni supremo Cancellario exercituumqz generali Belseñ, Marienburgeñ, Derpateñ, Knissineñ, Miedzirzeceñ, Iaurouieñ, et Grodeñ. Lieone Sapiecha Cancellario magni Ducatus Lithuaniæ, Slonineñ, Ioanne Tarnowski Cracouieñ, Vladislauieñ, Lencicieñ et Vicecancellari regni Gabriele Woina Vicecancellario mag. Duc. Lithuaniæ, Mereceñ. Ioanne Firliey de Dambrouicza Thesaurario regni Lublineñ. Demetrio Chaleczki Thesaurario mag. Duc. Lithuaniæ Procopio Sieniawski Marschalco curiæ regni. Petro Tyliczki Præposito Gnesneñ. Scholastico Lancicieñ, Cracouieñ et Varmieñ canonico. Secretario maiore regni Ioanne Thoma à Drohoiow Refferendarijs. Ioanne Galczinski Cantore Gnesneñ, Præposito Krusuiceñ, Cracouieñ. Laurentio Gembiczki Cracouieñ. Matthiæ Pstrokonski Cracouieñ, Canonicis, Secretarijs nostris, alijs quam plurimis officialibus Secretarijs, aulicis, et nuntijs terrestribus ex omnibus terris et Palatinatibus regni et mag. Duc. Lithuaniæ ad præsentia comitia gene-





In nomine Domini Amen

AD·PERPETVAM·REI·MEMORIAM



SIGISMVNDVS tertius Dei gratia Rex Poloniæ magnus Dux Lithuaniæ, Russiæ, Prussiæ, Masouiæ, Samogitiæ, Liuoniæq; nec non Suecorum Gottorum, Vandalorumq; hæ-
reditarius Rex. Significamus præsentibus hisce quorum interest vniuersis & singulis huius & futuri temporis. Existimarunt hoc sapientissimi & vetustissimi illi maiores nostri ad omnem reipub. salutem et perpetuitatem plurimum valere, si non solum
minis et pœnarum atrocitate à vitijs homines arcerentur: sed etiam, si virtuti suus & benemeritis, honos habeatur. Ita enim fortissimi quiq; viri præmium virtutis referre sperantes, pro patria & repub. nihil non suscipere, ac vel vitam ipsam profundere pro ea non
dubitabunt. Quod quidem institutum cum maiores & antecessores nostros Reges Poloniæ amplexos secutosq; esse videamus, qui complures vel externos vel plebeios ob singularem ipsorum virtutem ciuitate aut altiori ordine dignos reputantes in nobilitatis
ius atque ordinem recipiendos non dubitarunt. Eo libentius etiam nos facimus, vt partim reipub: vtilitate, partim maiorum nostrorum exemplo adducti, in quo vel excellentem aliquam virtutem, vel præclara in nos & rempub. regni nostri merita animaduer-
tamus, eundem in plenum etiam reipub. regni nostri (quod summum nobilitatis est) ius atque ordinem adsciscendo nobis reiquepub. eò magis deuinceamus. Quo in numero IOANNEM SCHILKRA hæred. in Trzebyna vel maximè referendum nunc existi-
mauimus. Præterquam enim, quod fide dignis testibus et munimentis nobis est commonstratum, parentibus bonis honestisque, patre videlicet olim Georgio Schillera, consule Cracouiensi viro de literis et repub. ciuitatis illius optimè merito, & in rebus metal-
licis mira dexteritate præcellente, matre verò nobili Anna Alerowna editus sit, ipse etiam à prima pueritia in literarum ludum deductus, pleno quasi impetu Musarum castra secutus est, demum etiam dum anno præterito incursus Tartarorum ipsi innotuisset,
statim benè instructus sese ad locum destinatum, vltro præsentauit, ac quod ingenuum Iuuenem decuit, fecit. Ad hæc dum accessisset Illustris & magnifici Nicolai Zebrzidowski de Zebrzydowicze Palatini Lublinensis generali Cracouiensis, Lanczkoronensi Bo-
leslauiensique nostri capitanei, præclarum de virtute ipsius testimonium ac diligentissima commendatio: eo libentius pro nostra in omnes, qui de nobis ac repub. benè mereri student, clementia, ad diligentem multorum regni nostri Senatorum intercessionem, eun-
dem IOANNEM SCHILKRA Trzebynski nostra, Senatusque nostri, in præsenti conuentu generali Cracouiensi autoritate, nobilitandum esse duximus nobilitamusque, et verum nobilem, tam ipsum, quam omnes vtriusque sexus legitimos posteros ipsius
creamus, pronunciamus, promulgamusque, eo nimirum iure quo quis vnquam in regno nostro Poloniæ, siue ob maiorem antiquissimam progeniem siue nouo nobilitatis beneficio eminent. Conferentes illi, eiusque posteris legitimis vtriusque sexus præroga-
tiuas et præeminentias, immunitates, libertates, ornamenta & iura nulla cum exceptione omnia, quibus equester ordo regni nostri hominesque nobiles in Polonia pro iure et consuetudine vtuntur, ac fruuntur. Quod quidem ius nobilitatis, vt illustrius cer-
tis insignibus cerni possit, concedimus, tribuimusque ipsi scutum duplicatum, videlicet inferius ceruleum, superius verò rubeum, trabe candida duplici distinctum. Supra scutum galea clatrata equestris, super galeam corona aurea, ex qua pennæ quinq;
strutionis, tres rubeæ & duæ albæ prominent: Scutum verò ipsum ab vtraque parte rubei & albi coloris teniæ ambientes circumfluent quemadmodum artifici pictoris manu in margine clarius cernuntur depictæ. Quibus quidem insignibus, vt memoratus
IOANNES SCHILKRA Trzebynski et omnes vtriusq; sexus legitimi posteri ipsius, in omnibus et singulis, honestis, tam ludicris quàm bellicis negotijs, prælijs, torneamentis, vexillis, tentorijs, scutis, picturis, domorum ornamentis, signis, annulis, sepulturis, omni-
bus denique temporibus pro suo arbitrio aliorumque nobilium more, publicè priuatimque vtantur, volumus, decernimus, sancimusq; eodemque omnino iure ac conditione vt sint, quo alij nobiles sunt in regno nostro. Quæ omnia singulaque suprascripta, eum-
rata firmaque esse velimus, ad omnium regni nostri aliarumque ditionum nostrarum, magistratuum ac dignitatum tam ecclesiasticorum quam secularium, omnium denique ac singulorum, maximè autem nobilium notitiam deducenda duximus, quemadmo-
dum et præsentibus deducimus, mandantes vniuersis & singulis, vt præfatum nobilem IOANNEM SCHILKRA Trzebynski omnesq; legitimè ab eo descendentes [illegible] nobilibus recipiant, habeantque nobilitati eorum nullo
vel dicto vel facto [illegible] exhortatione nostra facturos non dubitamus. Ita si quis tamen existat, qui in contumeliam præfati nobi-
lis IOANNIS SCHILKRA Trzebynski posteritati eius, autoritatiq; nostræ imminutionem nobilitati eorum obtrectando præsumeret, eum consuetis pænis, quæ in diffamentes nobilem verum regni legibus statutæ sunt, nobis iudicioque ad quod à parte
læsa citatus fuerit, subiacere volumus, quam primum quotiesque præsenti hoc priuilegio nostro, quod ad omnem probationem nobilitatis sufficere volumus, nobilitatem suam aut tenorem priuilegij, si eius forte copiam non habuerint, alijs idoneis munimentis in
iure probauerint docuerintque. In quorum omnium fidem et euidentius testimonium, hasce manu nostra subscripsimus sigilloque magestatis nostræ communiri iussimus. Datæ Cracouiæ in conuentu regni generali die XVIII mensis Martij Anno Domini M. D.
XC quinto, regnorum verò nostrorum Polonici Octauo Suetici anno Secundo. Præsentibus Illmis, Reuermis, Reuerdis, magcis, gensis nobilibus ac strenuis, Ioanne Demetrio Sulikowski Archiepiscopo Leopoliense, Hieronimo à Rozdrazow Vladislauiense et Pomera-
niæ, Alberto Baranowski Ploceñ, Bernardo Macieiowski Luceorieñ, Laurentio Goslicki Præmislieñ, Iosepho Wereszczinski Kiiouieñ, episcopis. Ianussio Duci in Ostrog Castellano Cracouieñ. Circassieñ. Nicolao Firlei de Dambrowicza Cracouieñ. Nouæ ciui-
tatis Korczin et Casimirieñ, Hieronimo Gostomski de Lezenicze Posnanieñ, Georgio Mnissek de magna Kunczicze Sandomirieñ, Leopolieñ, Sanoceñ, Samborieñ. Nicolao Christophero Radziuil Duce in Olyka et Nieswiesz Troceñ. Stanislao Minski Lencici-
eñ, Liueñ, Tissouieñ, Andrea Leszczinski Bresteñ, Alexandro Duci in Ostrog Volineñ, Ioanne Stenczinski Podoliæ, Chrodleñ, Czorstineñ, Nicolao Zebrzydowski de Zebrzydowicze Lublineñ, generali Cracouieñ. Lanckoroneñ, Boleslauieñ. Stanislao Wlodek
de Hermanow Belseñ, Haliczieñ, Kolomieñq; Theodoro Skumin Nouogrodeñ, Grodneñ, Ioanne Abrahamowicz Minsceñ, Stanislao Gostomski de Lezenicze Raueñ, Radomieñ. Ianussio Zbaras Braclauieñ, Cremeneceñ, Pinsceñ, Palatinis et capitaneis. Ioan-
ne Rozdrazewski à Rozdrazow Posnanieñ. Stanislao Comite in Tarnow Sendomirieñ, Bulceñ, Stopniceñ. Stanislao Bykowski Lencicieñ, Syradieñ. Iacobo Pretwicz Cameneceñ, Trembowlineñ. Stanislao Krassinski Podlachiæ. Stanislao à Dzialin Elbingeñ,
Alexandro Siemasko Braclauieñ, Luceorieñ. Christophero Domorowski Sandeceñ. Nicolao Ligeza de Bobrek Visliceñ, Bieceñ, Zidacouieñ. Andrea de Zborow Bieceñ, Andrea Zebrzydowski Stemeñ, Sebastiano Lubomirski Malogosteñ, Sandeceñ, Lubowl-
eñ, Dobciceñ, Stanislao Krassiczki Præmislieñ, Regni [illegible] curiæ magistro, Stanislao Gulski Haliceñ, Bareñ. Ioanne Ossowski Polaneceñ, Robciceñ. Alberto Padniewski Oswiecimeñ, Dibouieñ. Alberto Radziminski Zakroczimeñ. Francisco Krassinski Cziechanouieñ,
Castellanis, et capitaneis. Ioanne de Zamoscie regni supremo Cancellario exercituumq; generali Belseñ, Marienburgeñ, Derpateñ, Knissineñ, Miedzirzeceñ, Iauorouieñ, & Grodeñ. Leone Sapiecha Cancellario magni Ducatus Lithuaniæ, Slonimeñ. Ioanne Tarno-
wski Cracouieñ, Vladislauieñ, Lencicieñ et Vicecancellario regni, Gabriele Woina Vicecancellario mag. Duc. Lithuaniæ, Mereceñ. Ioanne Firlej de Dambrowicza Thesaurario regni Lublineñ. Demetrio Chaleczki Thesaurario mag. Duc. Lithuaniæ Procopio Sieniawski
Marschalco curiæ regni. Petro Tylicki Præposito Gnesneñ. Scholastico Lanciciceñ. Cracouieñ et Varmieñ canonico, Secretario maiore regni Ioanne Thoma à Drohoiow Referendarijs. Ioanne Galczinski Cantore Gnesneñ. Præposito Kruszwiceñ, Cracouieñ. Lauren-
tio Gembiczki Cracouieñ. Matthia Pstrokonski Cracouieñ. Canonicis, Secretarijs nostris alijs quam plurimis officialibus Secretarijs, aulicis, et nuntijs terrestribus ex omnibus terris et Palatinatibus regni et mag. Duc. Lithuaniæ ad præsentia comitia gene-
ralia congregatis.

Sigismundus Rex



Pe. Tylicki sm
et referend. [illegible]

366





